

Alte Drucke

**DE RATIONE || FACIENDORVM VERSVVM,|| IOANNIS
MVRMELLII || RVREMVNDENSIS,|| TABVLAE.|| CANDIDO
LECTORI || TVLICHIVS.|| ... ADIECTA SVNT TABVLIS || ...**

Murmellius, Johann

Wittenberg, 1531

VD16 ZV 27178

DE LITERARVM DISTRIBVtione.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149764

DE LITERARVM DISTRIBV

tione, Tabula prima.

Sex sunt i ex q y solis græcis dis
vocales, o bus ctionibus, at nō
u oibus competit,
y vt hyena.

Lrānx apud
latinos, præter
h notā aspira
tionis, vigin
ti duarum,

Septē sunt n ex qbus iij. n
semituoca r sūt liquide. r
les, f
x Et duę cōsonā
z. tes duplices, x
& z, S, nec liquida, nec duplex.

Decem & sex
consonantes,
quarum,

Nouem g Ex quibus f pfer
mutæ, k tur vt semiuocalis,
p at potestate muta
q est.
t. k superuacua est.

IN PRIMAM TABVLAM

adnotatiunculæ.

Litera, est vox, quæ scribi potest, indiuidua,
Vocalis est, quæ per se vocem facit, Consonans, quæ

A ij cum

cum vocali sonat. H, nec est vocalis, nec consonans, sed aspirationis nota. Semi-vocalis, est imperfecta vocalis. Muta est, quæ respectu bene sonantium exiguam vocem habet. Liquida est, quæ post mutam posita in eadem syllaba, fluuit, & quasi interit, vt, Atlas, patris, Tegmessa, cycnus. Duplex consonans est, quæ pro duabus literis ponitur. Sunt autem tres duplices, x, z. & i posita inter duas vocales in dictione simplici, vt pax, pro pacs, rex, pro regs, gaza pro gassa, aio pro aïo.

DE SYLLABARVM DI- sionibus, tabula secunda.

Syllabarum,	alia breuis, vt deus.	
	alia longa, vt sancti.	
	alia communis, vt patro.	
Syllabarum item,	alia prima,	be,
	alia media,	vt a,
	alia vltima,	tus,

IN SECVNDAM TABVLAM, adnotatiunculæ.

Syllaba, est comprehensio literarum consequens, sub vno accentu, & vno spiritu, prolata. Monosyllabæ dictiunculæ inter vltimas syllabas habentur.

DE PRIMAE SYLLABAE QUAN- titate cognoscenda, tabula tertia.

Primæ syllabæ quantitas cog- noscitur modis octo,	Positione, vt carmen.
	Diphthongo, vt aurum.
	Prepositione, vt edisco.
	Compositione, vt fero, perfero.
	Vocali ante vocalem, vt deus.
	Derivatione, vt amabilis ab amo.
	Regula, vt laui, lotum.
	Exemplo, vt, vina parant animos

IN TERTIAM TABVLAM,

adnotatiumculæ.

Positione, diphthongo, regula, & exemplo, non primæ solum syllabæ, sed etiam mediæ cum vltimis, cognoscuntur. Positione syllaba producitur. Positio fit, quotiescunq; vocalem cōsonantes sequuntur, vel vna duplex, siue in eadem dictione, siue in diuersis, vt doctus, axis, gaza, maior, ille. Ingenium quondam fuerat preciosius auro.

Prima, Quū breuem natura vocalem, muta & liquida, ambæ in eadem syllaba positæ, sequuntur, ea non necessario fit longa, sed modo naturalē retinens quantiratem corripitur, modo producitur, vt pater natura primam breuem habet, Maro, Est mihi namq; domi pater, est iniusta nouerca. Obliqui vero casus eius, ob mutam cum liquida, primā communē habent, Idem, Albanicq; patres, Idem, Hæc celebrata tenus sancto certamine excep- patri, tiones.

Secunda, x & z non producant vocalem breuem in fine præcedentis positā, Lucanus, ^{Lura:} Tales fama canit tumidū super æquora Xerxem. Vergilius, Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Tertia exceptio, S, nonnunq; euanescit, ita, vt positionem non faciat, tum in fine, Lucetius, Arboribus veteres decidere falcibus ramos, quod nobis imitandum non est, tum in principio, Horatius, Lingmus infan- ridentes præmia scribe.

Diphthongus, est connexio duarum vocalium in eadem syllaba, vim suam retinentium. Hæc autem syllaba quæuis producitur, nisi in latina dictione voca-

A iij, lus

lis subsequatur. Maro, Stipitibus duris agitur sudis
 busue prauis. Diphthongi sunt quatuor apud lati-
 nos, vt ætas, aurum euge, foelix. Additur à nonnullis
 quinta, vt fonteis pro fontes. Vtimur & diphthon-
 go græcorum impropria yi, vt harpyia.

Præpositio in compositione suam retinet quan-
 titatem nisi positio fiat, aut vocalem vocalis sequatur,
 vt, abduco, deamo.

Hæ præposi- tiones corri- piuntur,	{	ab, vt, abeo.
		ad, vt, aduro.
		in, vt, in eo.
		ob, vt, obambulo.
		per, vt, pereor.
		re, vt, repono. præter reiſcio, & res
		fert pro interest, vel distat, quod com- positum dicitur ex nomine res & fert.
		sub, vt, suborno.
		super, vt, superaddo.

Hæ præpo- sitiões pro- ducuntur,	{	a, vt, amitto. aperio corripit a, sed hoc aiunt compositum ex ad & pario.
		de, vt, deduco.
		di, vt, diligo. Excipiuntur dirimo & diſ- e, vt, egero. (fertus.
		præ, diphthongon habet, vt, prædiues.
		se, vt, secubo.

Pro, in latinis producit, vt, profero, propono,
 prodo,

pronepos.	
profugo.	
profugio.	
profugus.	profugium.
proficiscor.	

procio,

Corripitur in multis, quæ, an magis sint exprocul, vel prope composita, iudicent etymologici, ut in

procio;
procello. procella;
profanus. profano.
profiteor.
profundus.
profestus.
profor.
profecto aduerbium,
proterius.
propius.

Variatur in his

procuro.
profundo.
propello.
propago verbum. nam nomen pro vite producit, pro progenie corripitur.

Compositio primæ syllabæ quantitatem tibi indicat hoc modo. Si nescis quanta sit prima dictionis simplicis, eam compone, & accentum perpende, ut, potens impotens clarus præclarus, seco refeco, spiro

Si dictio composita fuerit tetrasyllaba, (aspiro, fac eam redigas in trisyllabam, si potest hoc fieri, ut, perfodio perfodis, fugio confugio confugis, finio definio definis, munio communio communis,

Vocalis ante vocalem in latinis dictionibus corripitur, ut deus, pius. Excipitur fio, quod vocalem ante te vocalem producit, nisi e & r subsequantur, ut, fierem fieri. Ohe primam communem habet, Martialis libro iij. Ohe iam satis est ohe libelle. Sunt qui idem de aha & vaha opinentur. Aer & dius ex grecis sunt ἀῆρ ac δῖος, & produciuntur. Caius cum sit trisyllabum, & Cai disyllabum, produciunt a ante i vocalem factam

Deriuatiua dictio, si literatura non mutetur, plæ-
rumq; retinet quantitatem primitiua, vt amabilis pri-
mam corripit sicut amo, clamor primam producit si-
cut clamo. Si literatura non mutetur diximus ideo,
quia, si vocalem non sequatur eadem litera in deriua-
tiua, quæ sequebatur in primitiua, non est mirandum
mutari quantitatem, vt, mobilis & momētum primā
producunt, quæ in moueo corripitur.

Sciendum autem est, præterita & supina sæpe dis-
crepare a quantitate verbi principalis, vt, moueo pri-
mam corripit, sic & ea quæ inde deriuantur, sunt au-
tem subiecta,

mouebam		item moueor
mouebo		mouebar
moue		mouebor
moueto	a moueo	mouetor
moueam		mouerer
mouere		mouear
mouens		moueri mouendus, et si

Mouī autem, cum sit præteritū dissyl- (qua sunt alia.
labum, primam producit, sic & ab eo deducta, vt hæc,

moueram	
mouissem	
mouerim	a moui.
mouero	
mouisse	

Motum itidem supinum dissyllabum, primam longā
habet cum suis, quæ sunt hæc, & si qua sunt reliqua,

Motus, a um	
moturus,	
motor, motrix	
motio	a motum.
motus tuus tui	
motuius	

Hæc &

Hæc & quædam alia a primitiuis breuibus produ-
cuntur.

vox vocis avoco. lex legis a lego. sedes a sedeo.
regla & rex regis a rego. tegula a tego. laterna a lateo
vomer a vomo. vena a venio. petus a peto.
remus a remeo. rapum a rapio. vires a vireo.
vitupo a vitiũ & paro. macero a macer. cerit⁹ a cerete.
pedor a pede. iugerum a iugo. gradius a gradu.
feralis a ferendo vel fera.

Hæc & quædam alia a primitiuis longis, corripiunt.
Dux ducis a duco. dicax, maledicus, caufidicus a dico.
arena & arista ab areo. lucerna a luceo.
Manus a mano. sopor a sopio.
vadium a vado. noto a notu.
nato a natu. status a supino statu.
sagax a sagio. item status a um ab eodem.
acerbus ab adiectiuo acer. siquidem a si & quidem.
lotium a lotu. vitium a vito. fatuus a fatu.

REGVLÆ QVINQVE DANTVR ad primam syllabam cognoscendam.

PRIMA, Omne præteritum disyllabum primam
producit, vt, vidi, feci, legi, suasi, iuui, egi.

Excipiunt bibi a bibo. dedi a do.
pium fidi a findo. scidi a scindo.
tur sex, steti a sto. tuli a fero.

SECVNDA, Omne præteritum geminans principi-
um, primam corripit, vt, momordi, totondi, fefelli,
pepuli.

TERTIA, Cæterorum præteritorum tanta est pri-
ma, quanta præsentis, vt, amaui primam corripit sicut
amo clamaui primam producit. sicut clamo.

B coegi

Exci	toegi a togo.
piunt	genui a gigno.
quas	posui a pono.
tuor,	potui a possum.

QVARTA, Omne supinum disyllabum primam producit, vt, potum, risum, motum, lusum, esum, rasum statum, tametsi quidam contra Prisciani sententiam male credant hoc primam corripere, quod arguunt cōposita, constatum, prestatum, mediam producentia, citum a cieo secundæ coniugationis.

	datum a do.
Exci	itum ab eo.
piunt	litum a lino.
tur	quitum a queo.
no	ratum a reor.
uem,	rutum a ruo
	fatum a sero.
	situm a sino.

QVINTA regula, Bi & tri in compositione corripuntur, vt, biceps, bidens, biuium, triceps, tricorpor, tricuspis, tridens, triuium.

Exemplo cognoscit quantitas, quoties ad probati poetę confugimus auctoritatem, vt, si dubites, quanta sit prima in Saturno, poteris ex illo Nasonis fieri certior, Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso, Poetas tibi recensemus imitandos, potissimum, qui, nec sint nimis vetusti, nec post exactas Italia musas exorti, pater eos, qui diuino præditi ingenio, & singulari eruditione nobilitati, proxime videntur ad antiquos, eosq; probatissimos accedere, ita tamen, vt nisi confirmato iam in veteribus iudicio, neq; legas, neq; imiteris.

Vergilius

Ex heroicis maxime
sunt imitandi,
Vergilius,
Lucanus,
Papinius,
Silius Italicus,
Valerius Flaccus,
Claudianus.

Tragicorum, qui latine scripserunt, solus extat
Seneca, tum sententiarum grauitate, tum carminum
varietate iucunditateq; legi dignissimus.

Ex elegiographis
Albius Tibullus
Aurelius Propertius
Ouidius.

Ex lyricis
Horatius,
Catullus.

Ex satyrographis
Horatius,
Persius,
Iuuenalis.

Ex epigramatographis,
Catullus,
Martialis,
Ausonius.

Ex bucolicis, Vergilius.

Ad imitationem praescriptorum omnis generis
poetarum stylus est primū exercendus & confirman-
dus. Deinde, si ita placuerit, in recentioribus, sed vt
quicq; ad veteres propius accesserit.

DE MEDIAE SYLLABAE QVAN-

titate cognoscenda, tabula quarta,

Positione, vt, amantes,
Media syl- Diphthongo, vt, longaeuus.
laba quāta producto, vt, fortuna.

fit, modis Accentu

octo cog- Correpto, vt, tabula,
noscitur, Diminutione, vt, amicorum, amicus.

Vocali ante vocalem, vt, filius.

B ij Deriua

Deriuatione, vt, foelicior a foelici, simulacrū
a simulatur.

Regula, vt, omnipotens.

Exemplo, vt, Castaneasq; nuces. Phoebe fas
luber ades.

IN QVARTAM TABVLAM adnotatiunculæ.

Accentu cognoscitur penultima syllaba, quæ si
vel acuitur, vel circūflektitur, longa est, vt, doctiores,
Romanus, si autē grauitur, breuis, vt, dominus. Ex
cipiūtur, deinde, exide, peride, pide, subide, exaduers
sum, aliquando, siquādo, nimirū, dumtaxat, eniūero,
& id genus reliqua, in quibus (vt grāmaticorū plæ
risq; isq; non parue auctoritatis visum est) antepen
tima acuitur, tametsi longa sit penltima, ne scilicet bis
næ dictiones videātur. Addūt quidam ex auctoritate
Gelli, quiesco, quod sane permulti pronūciant sicut
calesco, calefacis, frige facis, & id genus alia, itē vtracq;
& plærāq; nominatiui & accusatiui casus, breuē penlti
mam acuiunt.

Diminutione media syllaba cognoscitur, max
ime antepenultima, cū detracta syllaba, sit penultia,
& sic innotescit accentu, vt, amicorum producit ante
penultimam, cum amicus producat penultimam.

Vocalis ante vocalem in latinis corripitur, vt, si
lius, tenuis, castanea. Hinc sunt quatuor exceptio
nes. Prima, In genitiuis & datiuīs quīntę declinati
onis inter duo i, e producit, vt, diei. Secunda, Geni
tīui in ius diuīsas syllabas, cōmunē habēt penltimā in
versu, vt, vniū, illiū, sed aliū semper longā, alteriū
prēterq; apud Terentianū, semper breuē habet. Terc
tia, Aulāi, terrāi, pīctāi, animāi, & id genus genitiui,
penultimam produciunt. Quarta, Possessiua in eius
cia eiū, antepenltimā longā habēt, vt Priameius,
Aeneius

Aeneius, Cybeleius, Rhodopeius. Itē confio, & defio, & defioculus apud Martialem (vt quibusdā placet) vocalem ante vocalē pducunt. Sic Pompei & vultei vocatiui quādo diēresim admittūt. Infio & suffio (vt tradit Aldus Manutius) mediam corripunt.

Deriuatione cognoscitur mediā syllaba, si quāta sit in primitiuo, cōsyderaueris. Nā, si nescias cto in Victorinus quāta sit, item sti in Iustinianus, cognosces ex Victoris & Iustinus primitiuis, in quib⁹ cto & sti pducūt. Eodem modo, si nescias, venerius & Hectoreus, quāta habeant antepenltimā, cognosces ex Veneris & Hectoris primitiuis, in quib⁹ ne & cto corripuntur, quod accentus facile ostendit.

Item hęc antepenltimā habēt lōgā. Hęc penltimā.
Amabilis ab amatum. Lauacrum a lautum.
Delebilis a deletū. Simlācrum a simulatu.
Volubilis a volutum. Ambulacrū ab ambulatū
Errabūdu ab erratum. Inuolucrū ab inuolutum,
Vagabūdu a vagatū. Volutabrū a volutatu.
Sitibundus a sititum, tamen si licenter hoc multi antepenultima correpta ptulerint,
Verecundus a vereris.

Aratrum, candelabrum & delubrum, Manutius & alij quidam putant penltimam producere, quia apud poetas nūq̃ leguntur penltima breui. Aratrum tamē quidā putant corripere penltimā, quia grēci ἄροτρον o paruo scribitur. Alij deductū a supino volūt, ideoq̃ apud poetas semper legi penltima longa. Hinc Sulpitius in Nestorem,

Vis aratrum Nestor, non vis (quo dignus) aratrum
Esse arator qui vis, verus arator eris.

Candelabrum (tamen si producat eā Martiali ratione mutē cum liquida) meo tamen iudicio penltimam

B iij timam

timam correptam habet, cum nō deriuetur a supino
vt volutabrum, sed a noīe candela, cuius vltima bre-
uis est, nisi sit ablatiui casus. Sed q̄ frigida sit hec ratio
docent statuarius a statua, molaris a mola, gallinace-
us a gallina. Liberum sit igitur super hoc volentibus
opinari. Delubrum apud poetas fere producitur, de
cuius vocabuli origine vide Macrobiū lib. saturna-
lium tertio. At si verum est quod Festus Pompeius
tradidit, delubrū dicebant fustem deliberatū, hoc est
decoriatū, quē venerabantur pro deo, recte medi-
am eius vocabuli cōtraxit Crinitus, lib. poematū ij.
Sacris receptus delubris. Est enī versus dimeter iam

Regulis pluribus medię syllabę cog- (bicus.
noscī possunt. sed si a latino p̄ceptore recte didice-
ris, & noīa declinare & verba, super eorū cremētis, &
penltimarū, vel extensione, vel contractione, nūc tibi
regulas tradere superflū est. Proinde, da operam, vt
in ludo literario sub optimis p̄ceptoribus bene in-
stitut⁹, puro sermoni Romanę vrbis vernacō insue-
cas, ne stulta magistris militans sub barbaris, linguā
tenellā polluas strilibilīgine. Sis igitur hac regula cō-

I in compositione ita mediū, vt priorem (tētus.
partium componentū terminet, corripitur, vt, agrico-
la, ensifer, magnificus, artifex, multiuolus, omnipotēs.

Tanticunq;. Tantidem.

Quanticunq;.

Qualicunq;.

Excipiūtur hec
in quibus pro-
ducitur,

Vnicuiq;, cuius, cuilibet, cuidam.

Vtriq;, cuiq;, cuiā, cuipiā, & filia.

Pleriq;.

Tibicen.

Ibidem.

Vbiq;.

In his

In his autem modo producitur, modo corripitur,

Vbicunq;

Quotidie,

Quotidianus,

Meridies,

Meridior,

Pridie,

Postridie.

DE VLTIMAE SYLLABAE QVAN-

titate cognoscenda, tabula quinta.

Vltia syllaba quatuor

mois cognoscitur

Positione, vt, sapiens.

Diphthongo, vt, musæ.

Regula, vt, ama.

Exemplo, vt, Huc ades o for-
mose puer.

In quintam tabulam adnotatiunculae.

Quindecim regulis vltima syllaba cognoscitur,
quarū octo producitur, sex corripuntur, vna fit cois.

a, vt, ama.

c, vt, dic.

i, vt, magistri.

Producentur n, vt, titan, en, quin, canon.

as, vt, ciuitas.

es, vt, dies.

os, vt, flos.

u, vt, manu.

b, d, m, t. vt, ab, ad, militum, caput.

e, vt, mare.

Corripuntur l, vt, animal, mel, pugil, consul.

r, vt, cæsar, per, vir, amor, turtur.

is, vt, ignis.

us, vt, deus.

O modo producitur, modo corripitur, vt amo, vir-
go.

go. Hæc, quo facilius memorię commendentur,
hoc distichon apposui,

Produce, sic, mi, pan, en, quin, non pietas, res,
Flos, fructu, medium est o, cetera contrahe lector.

Verum singulatim hæc repetamus, vt exceptiones

PRIMA regula, A finita pro- (innotescant,
ducuntur, vt, ama, contra, præterea, a poeta, musa,

Prima, Nominatiui, accusatiui, & vocatiui in a corripuntur, vt, hic & o poeta, tēpla, carmina, præter vocatiuos a ntis graecis, vt, o Aenea, & græca in a productum,

Tres hinc vt, Nemea, Tegea.

sunt exceptio- Secunda, Numeralia in ginta cōem habent
tiones, vltimā, vt, triginta, quadraginta, quę tradunt quidam rectius produci.

Tertia, Puta aduerbium, ita, quia corripuntur, Addūt quidam eia Probo auctore.

SECUNDA regula, c finita producuntur, vt,
dic, duc, halec, illuc, istuc,

Prima, Nec, donec, lac, & hoc nominatiui vel accusatiui casus, corripūt.

Exceptiones duę Secunda, fac, & hic pronomen communia sunt.

TERTIA regula, I finita producuntur, vt dei,
amari, dixi, vesperi.

Prima, Datiui & vocatiui in i, quorū genitiuus singularis in os correptā apud grecos desinit, corripuntur, vt, huic Palladi, Minoīdi, o Phylli, Alexi. Interdum tamē

Exceptiones eiusmodi datiui legūtur vltima lōga,

nes tres, Secunda, nisi & quasi corripuntur.

Tertia, mihi, tibi, sibi, cui dissyllabum, vbi, & ibi, vltimam communē habent. Moly desinens in ypsilon corripit vltimam,

QVARTA regula, n finita produciuntur, vt, tian, hymen, en, quin, delphin, demon, canon.

Prima, forsan, forsitan, tamen, attamē, in cū compositis, vt, dein, exin, proin, item viden, an, corripuntur.

Secunda, Neutra & masculina latina in en, habentia inis in genitiuo, corripuntur, vt,

**Excep-
tiones
tres,** nomen, carmen, gramen, pecten, tubicen, Tertia, Nominatiui, accusatiui, & (flamen, vocatiui græci in on per o paruum, vt, pelion, ilion, pylon, cantharon, corripuntur,

Item accusatiui in in, vt Alexin, Daphnin, & in an, a nominatiuis in a, vt, Iphigenian, Aeginan contrahuntur. Nam a nominatiuis in as, produciuntur, vt Aenean, borean.

QVINTA regula, As finita produciuntur, vt, ciuitas, musas, amas.

**Excep-
tiones
duæ,** Prima, Nominatiui in as, quorū gtūs in dos desinit, corripuntur, vt, Pallas, lampas, arcas.

Secunda, Accusatiui græci in as eorū nominum, quæ per os mittunt genitiuum, corripuntur, vt, Aonas, heroas, garamantas, rhetoras.

SEXTA regula, Es finita produciuntur, vt, vulpes, fraudes, doctes, leges, audies.

Prima, Corripientia penultimā gtī crescentis corripuntur, vt, diues, miles, seges, præter aries, paries, abies, ceres, fides, res, pes, &

Exceptio spes, quæ produciuntur.

nes tres, Secunda, Nominatiui græci plurales in es corripuntur, vt, arcades, thraces.

Tertia, es a sum cū compositis, potes, ades, & reliquis, penes, hippomanes, cacoethes,

C corrip.

corripit̃tur. es vero ab edo producitur dif-
ferentię causa. Inquies Probus & Prise-
cianus dicunt corrip̃i, sunt qui produci ma-
gis autumant.

SEPTIMA, regula, Os finita producuntur, vt, dos,
honos, magistros.

Prima, os ossis cum composito exos, corrip-
tiones Secunda, Græca in os per o paruū (pitur,
corripit̃tur, vt, Delos, ilios, chaos, Pallados
duæ. Orpheos, Tereos, Aenæidos.

OCTAVA, u finita producuntur, vt fluctu, ma-
nu, tu, diu, amatu, dictu. Excipiuntur (vt grāmaticis
placet) neutra, quæ corripit̃tur in ntio, accusatiuo, vo-
catiui, vt, genu, cornu.

NONA regula, b, d, m, t, finita corripit̃tur, vt, ab,
ad, militum, caput. Excipiuntur in quibus facta est syn-
copa, vt, fumat, pro fumaui, obit, pro obiuit.

DECIMA regula, e finita corripit̃tur, vt, cubile,
mille, forte, scribe, lege, pene, rite, facile, pone, im-

Prima, Græca in e longū producuntur (pune,
tur, vt, musice, o Anchile, mele, cete, tempe.

Secunda, Genitiui, dñi, & ablatiui quintę
declinationis producuntur, vt, die, fide, fa-

Tertia, Imperatiui singulares secundę (me,

Excep- coniugationis producuntur, vt, doce, ma-
tiones Quarta, Monosyllaba, vt, me, te, se, de, (ne,
quinq, producuntur, præter encliticas cōiunctio-
nes, ne, que, ue.

Quinta, Aduerbia in e recte formata a da-
tīuo in o, producuntur, vt, belle, pulchre,
caute, sic valde, fere, & ferme. his additur
ohe interiectio. male vero corripitur sicut

VNDECIMA regula, l finita corripit̃tur, (bene,
vt, tris

vt, tribunal, mel, vigil, consul.

Exceptiones duæ, Prima, pol, sol, & nil producū
Secunda, barbara in el (tur
syllabam producūtur, vt, Mi-
chael, Daniel.

DVODECIMA regula, r finita corripīuntur, v
lacunar, imber, vir, calor, murmur.

Excep- Prima, far, nar, lar, ver, cur, fur, par cū com-
tiones positis, compar, impar, & reliquis, producū
tres, Secūda, cor cōmune est, (tur.
Tertīa, in er a grēcīs in *er*, id est, in er lon-
gum, producuntur, vt, aer, character, ether,
& id genus alia, præter pater & mater, quæ
semper vltimam contrahunt, tametsi a græ-
cis veniant.

DECIMA TERTIA regula, Is finita corripīū-
tur, vt, ignis, Paris.

Excep- Prima, Datiui, & ablatiui, & accusatiui plu-
tiones rales in is producūtur, vt, dñis, musis, fontis v'
septē, fonteis more veterū pro fontes, treis pro tres,
queis pro quibus.
Secunda, Producentia penltimā 'crescentis
gti producuntur, vt, lis, samnis, delphis, dis.
Tertīa, In is a grēcīs in *eis* diphthongon pro-
ducūtur, pyrois, Simois.
Quarta, vis nomen, vis verbū & sis pducunt.
Quinta, Secūde persone singulares in is quar-
te cōiugationis pducūtur, vt, audis, dormis.
Sexta, Secūde persone singulares futuri sub-
iunctiui modi, habent vltimā communē, vt,
dederis, audieris.

DECIMA QVARTA, Vs finita corripīūtur,
vt, deus, angelus.

C ij Prima

Prima, Genitiui singulares, & nominatiui,
& accusatiui, vtiq; plurales quartę declina-
tionis, producuntur, vt, fructus.

Secunda, Producētia penltimā gti crescen-
tis producūt, vt, virtus virtutis, tellus tellu-
rionis, tametsi licenter Horatius palus contra-
quatuor, Tertia, Monosyllaba in us produ- (xerit.
cuntur, vt, ius, tus, plus, mus, grus, sus.

Quarta, Gręca in us producūtur, vt, pāhus,
sapphus, amathus. A pus tamen composita
etiā corripitūtur, vt, apud Horatiū, polypus.

DECIMA QVINTA regula, O finita, & cor-
ripi, & produci possunt, vt, amo, scribo, amādo, virgo.

Prima, Datiui & ablatiui in o producunt,
vt, magistro, templo.

Secunda, Monosyllaba in o producuntur,

Excep- Tertia, Gręca in o magnū (vt, do, sto, pro,
tiones producuntur, vt, Dido, Manto, Io, echo, pre-
quinq; ter ego, quod quidam semper corripit tra-

Quarta, duo & scio, cum composi- (dunt.
tis corripuntur.

Quinta, Illico, modo, cito contrahuntur.

DE PEDIBVS METRICIS, QVO

rum frequentior vsus, est, tabula sexta.

Pyrrichius, duabus breuib⁹ constans, vv,

quatuor vt, parer.

sunt dissyl Spondęus, duabus longis, - - vt, laudes.

labi, Iambus, breui & longa, v -, vt, dies.

Trocheus, longa & breui, - v, vt, mater.

Tribrachus, tribus breuib⁹, vvv, vt,

Tres trisyllabe, Anapestus, duabus breuib⁹ (canite.
bus & longa, vv -, vt, lapides.

Dactylus

Dactylus, longa & duabus breuibus,
- vv, vt, carmina.

Proceleumaticus, quatuor breuibus,

duo tetra-
syllabi,

vvvv, vt, relegite.

Choriambus, longa duabus breui-
bus & longa, - vv -, vt, omnipotēs.

IN SEXTAM TABVLAM

adnotatiuncule.

PES, est metrica constitutio syllabarum. Pedes autem dicti sunt, quia quemadmodum pedibus ingredimur, ita & versus quibusdam quasi pedibus metimur. Ex pedibus in primis spondeum & dactylum discere cognoscere, qui tibi maxime vsui sunt futuri. Deinde paulatim ad alios perge.

In pedibus quoque ac syllabis tempus est obseruandum. breuis enim syllaba vnus est temporis, longa vero duorum, quod vnus longę pronũciationi tantũ debetur temporis, quantum prolationi duarum breuiũ. Tempus, est certa prolationis mensura. Longa syllaba notatur recta linea, breuis autem curua significat.

DE VERSIBVS, et primum de Hexametro,
tabula septima.

In prima regione,

Hexameter ver-
sus sex regiões
habet, incipit autē
dactylũ vel spon-
dæum,

secunda,

tertia,

quarta,

In quinta, solũ dactylũ,

sexta, solum spondeũ.

Scanditur in hunc modum.

Tityre - vv, tu patu - vv, lærecu - vv, bans sub - -
regmine - vv, fagi - -.

Sylue - -, strementu - vv, i mu - -, sã medi - vv,
taris a - vv, uena - -.

C iij In sep.

IN SEPTIMAM TABVLAM

adnotatiuncula.

VERSUS, est metrica pedum constitutio. Dicitur autem, q̄ ab eo ad principium sequentis reuertimur. aut, q̄ tantisper vertendus est, dum recte constituitur. Hexameter, q̄ sex regiones, id est, pedum loca continet, ab ēs quod est sex, & *μετρον* mensura. Dicitur & heroicus, q̄ res geste heroum, hoc carminis genere describi soleant. Apud poetas in quinta regione nōnunq̄ spondeus inuenitur, vt, Chara deum soboles, magnum Iouis incrementum. Idem, Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchise. Idem, Constitit, atq̄ oculis Phrygia agmina circumspexit. Quod cum fit, versus appellatur spondaicus. Figuratur aut hoc modo hexameter, grauitatis, maiestatis, mœroris, aut languoris exprimendi gratia. Inuenitur & in hoc versu, sed rarius, proceleumaticus. Virg. Tityre pascentes a flumine recte capellas. & Tenuia nec late per cœlum vellera ferri. & Genua labant. & labat ariete crebro. Quāq̄, vt Terentianus ait, *tenuia* & genua possunt esse dactyli, vt u sit consonans. Idem in ariete dici potest, ut & i fiat consonans. Rarissime vero anapestus, Virg. Fluuiorum rex Eridanus. Sed hoc temerario ausu non est imitandum. Scandi versus tum dicitur, cum in singulos vel binos pedes distinguitur. Tibi (ne fallaris) versus sunt in singulos pedes distinguendi, tamen si soleant iambici aperitis scandi binis pedibus coniunctis.

DE VERSV PENTAMETRO

tabula octaua.

Pentameter

Pentameter
quinq; regio-
nes habet, Prius he duobus spondeis & semipede.
diuidit aut mistichi - - - - -
in duo he- um con dactylo, spondeo, semipede.
mistichia, stat, - - - - -
q; vtrūq; Spondeo, dactylo, semipede,
duob; pe- - - - -
dibus con- Posterius, constat duobus dactylis &
stat & semi semipede. - - - - -
pede.

Scanditur in hunc modum,
Sape so - vv, lent au - -, ro -
multa sub - vv, esse ma - vv, la v,
Certe - -, plus ani - vv, mi -
debet in - vv, esse vi - vv, ris -.

IN OCTAVAM TABVLAM adnotaciuncula.

Pentameter versus dicitur, q; quinq; pedum regi-
ones habet, a πεντε, quod est quinq; & μέτρον, me-
trum. Hemistichium, dicitur dimidia pars versus, ab
ἡμιστος, dimidius, & στίχος, versus. Semipes, est pe-
dis pars dimidia, & cum in fine dictionis superat, etia-
am cæsura dicitur, q; ab ea versus ceditur, & diuidit-
tur. Ultima cuiusq; versus syllaba longa sit an bre-
uis, nihil refert. Vnde bene quidam dixit, Ultima
cuiusq; est cōmunis syllaba versus.

DE VITIIS NOVEN IN VERSV COMPONENDO VITANDIS, tabula nona.

Vt recte

Primum, illatinitas, cui subijciuntur,

Barbarismus, q fit i dictione, Solœcism⁹ qui i orōe, supfluitas.

Secūdū, negligētia sub q̄ cōtinet

defectio.

Vt recte Tertium, ordinis confusio,

carmīa cō Quartum, obscuritas,

ficere dis

cas, nouē

tibi vitia

sūt diligen

ter euitāda,

Quintū, quātītatis incuria, quē fit bifariam,

breuem extendendo, & longam contrahendo.

Cum dictione, in vocalē desinēte, subsequens a vocali incipit,

Sextū, hia pit, nec prior vocalis eliditur.

tus, q fit Cum dictione in m desinente,

bifariam, subsequēs a vocali incipit, nec

m cum sua vocali abijcitur.

Septimum, inconcinnitas.

Octauū, nimis frequēs licentię vsurpatio.

Nonum, stulta imitatio quorūlibet versificatorum.

Complexi sumus ea his nouem versibus, vt facilius Sermōis vitiū fuge, dictio ne qua redundet, (edifcas.

Aut desit, rectus seruetur in omnibus ordo.

Ne sis obscurus, ne produc corripienda,

Vel contra, si vox vocali desinit, aut m,

Subdere vocalem sine perditione prioris

Nolito, versus omni sint parte canori.

Carmine in exiguo ne ponito plura licenter.

Optima quęq; tibi propone imitanda, fauebit,

Pulcher Apollo tibi, fundent sua dona camēna.

IN NONAM TABVLAM

adnotatiunculæ.

Illatinitas & barbaries omnis, vt in oratione profusa, sic & in carmine diligenter euitanda est. Barbarismus, est contra Romani sermonis legem, aut scripta, aut pronunciata, vitiosa dictio. Solœcismus, est inconueniens Romano sermoni iunctura verborum, contra regulam artis grammaticæ posita. Latine a quibusdam stribiligo appellatur. Negligentia maxime opere fugienda est in versibus componendis, ne, vel superflue dictiones admittantur, vel excludantur necessarie. Perbelle Bigus Pictorius in quædam iocatur hoc tetraſticho,

Dic mihi, cur potius toties in carmine, nunc, sed,

Ipse, puer, frater, quippe, profecto, rogo?

Scilicet, vt magnum possis absoluere versum,

O vir præcipua calliditate vafer.

Vitanda quoque est ordinis confusio, neque probandum, si quis adiectiuum a suo substantiuo, suppositum a verbo, dictionem rectam a regente, aduerbiu a verbo nimium separauerit. Inepta enim eorum quæ coniungenda sunt, seiunctio, lectoris animu non iuuat, sed offendit. Obscuritas item, & orationis ambiguitas, omni studio est amouenda, itaque studendum breuitati, ne lux vertatur in caliginem, Notans id vitij Flaccus, Breuis, inquit, esse laboro, Obscurus fio. Syllabarum quantitates diligenter obseruandas, ne grammatici suis vtantur censuris, non necessariu est sepius admonere. Hiatus procuratur, euitaturque duabus figuris, synalœpha & ecthlipsi. Synalœpha fit, cum in scansione versus, vocalis in fine dictionis posita, per subsequentem vocalem abijcitur, vt, Sera nimis vita est crastina, viue hodie. Synalœpha græce

D syna

ambA

συλλαβῶν, latine coniunctio dicitur. Videntur enim
 duæ vocales coniungi & in vnam coire. Ecthlipsis
 fit, quando sequente vocali, consonans precedentis
 dictionis exprimitur cum sua vocali, vt, Monstrum
 horrendum, ingens. Ecthlipsis græce ἐκθλιψις in-
 terpretatur elisio, vel expressio. vocalis enī successu,
 m cum sua vocali eliditur. Vnde quidam, Ecthlipsis
 necat m, vocalem aufert synalepha. Incōcinnitas di-
 citur, cum versus minus bene sonat. Id autem multis
 accidit modis, cum eodem, vel literæ, vel syllabæ dur-
 riter aspereq; concurrunt, vt, Carmina manca canis,
 Castus Cassandra canebat. Sentis periuria gentis,
 O fortunatam natam me consule Romam,
 Exercet mentes fraternas grata malis lis.
 O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.
 Machina multa minax minitatur maxima muris.
 Magnanimę Thebę certamine marte dedere.
 Inq; tuis factis fauis & tristibus dictis.
 Improbe amor conuerte animi indignantia habenis.
 Portat equus, cristasq; tegit galea aurea rubra.
 Et grauiora rependit iniquis pensa quis illis.
 Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile.
 Nuper quidam doctos cœpit scribere versus.
 Tu quod promisti mihi quod mentita inimica es.
 Cynthia cornu, Phœbus spicula, pręlia Mauros.
 Vitandum insuper tibi versiculorum genus est,
 quos leoninos vocant, vt,
 Aethiopum terras iam feruida torruit æstas.
 Vos vocat infernus, vos deserit ordo supernus.
 Nonnūq; tamen eiusmodi leguntur apud pro-
 batos poetas, vt,
 Inunc, & verbis virtutem illude superbis.
 Vir precor vxori, frater succurre sorori.

Ad hæc

Ad hæc cautendum tibi est, ne in paruo poemate
nimis crebra non vercaris vti licentia. Non enim cō-
ceditur idem rudī, quod eruditō, nec tyrunculi est rā-
tum sibi arrogare, quantū militis, vel imperatoris diu
exercitati, & iam magna inter militantes auctoritate
præditi. Verecundus igitur esto, & a nimium frequē-
tibus figuris abstinetō. Postremo Quintiliani iudici-
cio, poetarum optimi, & statim & semper legendi sūt
ac imitandi. qui prudenter etiā præcipit, pueros
protinus optimo præceptorī tradendos esse, cum in
eludendis, quæ semel infederint vitijs, difficultas maxi-
ma consequatur. Proinde, non satis prudenter agūt
pleriq; qui sciolis & semidoctis literatoribus filiolos
suos tradunt imbuendos, apud quos, inepti versus
Alexandri Galli, Faceti, & Alani, & alia pleraq; quæ
barbariem olent, infelicibus discipulis præleguntur.
Sunt etiā non minus stulti, qui cubicularijs magis-
terculis liberos suos cōmittunt, qui viginti, triginta
taue pueris, dissimili præditis ingenio, profectūq; lon-
ge distantibus, eadem prælegunt & inculcant, nullius
rei perinde ac sui quæstus, habita ratione. Barbaries
horum, domesticos intra parietes ogganniens, & in-
doctissimum quenc; impudenter deblacterans, q̄ tes-
neris puerorum linguis noceat, quantūq; mollis eos-
rundem indulgentia bonis moribus officiat, quis bre-
ui sermone possit explicare?

DE TRIBVS METRORVM

generibus, quibus tyrunculi primum
sunt exercitandi, tabula decima.

D ij Tria

Adonium, cōstans dactylo & spon-
 Archilochium dactylicum di- (dēo.
 metrū, hypercatalecticū, constans
 Triā metrorū ge duobus dactylis & syllaba.
 nera, puerorū ex Partheniacum anapesticum trime-
 ercitatīōi sunt in trum hypercatalecticū, constans
 primis conduci- anapesto vel spondeo, & anapesto
 bilis, vel spondeo, item anapesto & syl-
 laba.

N DECIMAM TABVLAM

adnotatiuncula.

Assuescant tyrunculi breuioribus versiculis lus-
 dendis, anteq̃ versus hexametros pentametrosq; ag-
 grediantur, vt ita paulatim gradatimq; Heliconis al-
 tum cacumen euadant. Vt enim mihi liceat poetæ
 versum prima dictione mutata, vsurpare, Cantandi
 studio paulatim longius itur. In primis igitur dactylo
 & spondeo cognitis, adonios ludat, cuiusmodi sunt
 quos Horatius ac alij Sapphicis plerumq; subiūxe-
 runt. Apud Boecium vero soli leguntur, vt,

Nubibus atris, condita nullum, fundere possunt,
 sydera lumen. Et apud Martianum Capellam,

Virgo perite, preuia fortis, quæ potuisti, scādere cę-

Quem nos in Charoleijs imitati sumus illo (lum.
 carmine, Optime princeps, dilige toto, pectore do-

Deinde incipiat Archilochios, dactylicos, (ctos,
 dimetros, hypercatalecticos modulari. cuiusmodi
 apud Horatiū, Aboribusq; comæ, & hi nostri sunt,
 quos ex tpe subiiciemus.

Dulcia Pieridum.

Carmina disce libens,

Artibus ingenuis,

Nocte dieq; vaca,

Quo

Quo tibi perpetuo,
Surgat honore decus,
Discat item cōponere mistis dactylis & spondeis he-
mistichia, cuiusmodi passim lectitandis poetis occur-
runt, postea versetur in anapesticis concinnandis,
Cuius generis apud Boetium sunt,
Fœlix nimum prior ætas,
Contenta fidelibus aruis,
Nec inerti perdita luxu, & apud Capellam,
Caput artibus inclyta virgo,
Cui panditur aula tonantis,
Merito tibi subditur orbis,
Rationibus ante repertus, Quē imitatus sum in Cha-
Generose pericula princeps, (roleijs,
Animo superato potenti,
Gere fortiter ardua bella.
Vbi diligenter his fueris exercitatus, in promptu tibi
versus erunt, tum hexametri, tum pentametri. Nam,
si cōiunxeris Archilochiū cū Partheniaco, hexame-
trū habebis, vt, Moribus ingenuis fœlix nimum prior
etas, Si duos Archilochios cōnexueris, erit pentame-
ter, vt,
Dulcia Pieridum carmina disce libens,
Artibus ingenuis, nocte dieq; vaca.
Quo tibi perpetuo, surgat honore decus.
Si subieceris Archilochio Adoniū, fiet versus Alcma-
nius dactylic⁹ tetrameter, hypcatalecticus, cuius gn̄is
est apud Boetium libro primo,
Cogitur heu stolidam, cernere terram,
Si inter archilochium & adoniū semipedē & pedem
interieceris, fiet hexameter.
Cogitur heu stolidam, mortalis, cernere terram,
O quam glorifica, sacra virgo, luce choruscas.

D iij

Artibus

Artibus ingenuis, incumbito, nocte dieq;
Rursus, si post hemistichium sesquipodem exemeris
hexametro, redibit in Alemaniū, vt,
Cogitur heu stolidam, cernere terram.

At regina graui, saucia cura.

Tityre tu patulae, tegmine fagi,

Super hexametris & pentametris eleganter
claudendis, tabula vndecima.

Hexameter perbelle desinit in dictionem,
disyllabam,
trissyllabam,
disyllabam,

Pentameter in dictionem, tetrasyllabam,
pentasyllabam.

In vndecimā tabulam adnotatiunculae.

Hexameter versus canore desinit in dictionē dissylla-
bam vel trissyllabā, vt, Totas splendescere terras, Gen-
tes frenare superbas. Cauendū autē est, ne in eius fi-
ne duae sint dictiones disyllabae, vt in illo, Incubet &
Tyrijs, atq; ex solido bibat auro, Minus apte desinit
hexameter in tetrasyllabā, pentasyllabā, aut mono-
syllabā dictionē, nisi sit animalis nomen, vt, procum-
bit humi bos, aut enclitica coniunctio, aut, nisi altera
monosyllaba praecedat, vt, Masuri oppidulo, quod ver-
su dicere non est. Pentameter, desinit eleganter in di-
syllabam dictionē, nec inepte in tetrasyllabā penta-
syllabā ue, vt apud Martialem, Dantur opes nullis
nunc, nisi diuitibus, & Propertiu, Contactū nullis an-
cupidinibus, Caue in fine pentametri ponas trissylla-
bam vel monosyllabā, tametsi poetae nonnunquam posue-
rint, Propertius, Et caput impositis pressit amor pedi-
bus. Tibullus, Fecit & antiqs imposuit laribus, Mar-
tialis, Sunt haec trita quidē zoile, sed mea sunt. Si mo-
nosyllabā praecedat altera, versus melius sonat, Ouidi-
us, Premita

us, Præmia si studio consequar ista, sat est. In primis
aut id laudabile est, si duo vel tres, aut etiã plures hex
ametri vsus, nexu orationis & cõtextu, veluti cate
na quadã, inter se connectantur, cuius rei frequentia
sunt apud poetas exempla. Hexameter cū pentame
tro sensum concludat, aut ita suspendat, vt omnino
duobus proximis absoluat. Nec licet ponere dictio
nem regentē in pentametro, & rectā in hexametro
subsequentī, aut cõtra, tametsi Catullus & alij quidã
non semper hoc obseruauerint.

DE METRORVM GENERIBVS

magis frequentatis, ta, duodecima,

De hexametro.

Hexametrum est, quod constat sex regionibus, ac
duobus legitimis pedibus.

Dactylo & spondeo, quibus primæ quatuor sunt
cõmunes. quinta ppria est dactylo, sexta spõdeo, vt,

Optima quæq; dies miseris mortalibus aui,

Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus,

Et labor & dure rapit inclementia mortis.

Occupant interdum legitimorum sedes nothi, primam
anapestus sed rarissime, Vergi. Fluuiorum rex Erida
nus, camposq; per omnes,

Proceleumaticus quinq; primam, Vergi. Genua la
bant, vastos quatit eger anhelitus artus. secundam,

Idem, herent parietibus scalæ, postesq; sub ipsos, ter
tiam. Columell. Talis humus vel parietibus, vel sepi
bus hirtis, quartam, Statius, Ortus & instantem cornu

tenuiore videbat, & quintam sapius, Verg. Aedificat,
sectaq; intexunt abiete costas. Idem, labat ariete cre
bro. Sunt tamen grammatici, qui pceleumaticum vt no
thum oibus locis moueant, & dactylum vt legitimum

D iij restituant

iure syneresis dirabus syllabis in vnā contractis, u & i
factis consonantibus, in genua, parietibus, ariete &
abiete. Ingerunt & quidā iambum, vt, Omnia vincit
amor, & nos cedamus amorī, & At tibi Tymbre ca-
put Aeuandrius abstulit ensis. Præterea tribrachū &
trocheum. Tu nothis repudiatis, cum legitimis te
oblecta. Figuratur aliquādo hexameter versus, vt in
sexta regione syllaba redundet, vt, Iamq; iter emen-
sum turres & tecta latinorū. Quod cum fit, vel in m
desinit, vel in vocalē, & insequens versus incipit a vo-
cali, cum qua redundās syllaba in scansione cōfundit-
tur, vocaturq; hypermeter.

In hoc metro cēsurā diligēter ē obseruāda. Hexame-
trum em sine cēsurā nihil habet gratiæ. Est aut cēsurā
decora in versu dictionis terminatio. Eius species fe-
re numerant, Pentemimeris, quæ & semiquinaria di-
citur, & est, cum post primos duos pedes syllaba par-
tem orōnis terminat, vt, Tityre tu patulæ. Arma vi-
rumq; cano. Omnia vincit amor. In noua fert anis-
mus.

Hemipentemimeris est, quando post primū pedem
remanet syllaba partem orationis finiens, vt, Dum
sanguis inerat, dū vis materna peregi. Iuuenal. Quis
nescit aut quis non vidit vulnere palī. Heptemime-
ris siue semiseptenaria fit, cum post tres pedes syllaba
partē orationis finit, vt, Tityre tu patulæ recubans,
Arma virumq; cano Troiæ. Trochaica, cū post du-
os pedes veluti trocheus partē orationis terminat, vt
Nil nostri miserere, & Bucolica, Vbi post quatuor
pedes syllaba partē orōnis finit, vt, Cogere donec
oues stabulis numerumq; referre.

De Pentametro, quia perraro solū reperit, estq; de
eo iam satis dictum, nihil hoc loco repetetur.

De Ele

De Elegiaco.

Elegiacum est, quod constat hexametris & pentametris alternatim cōpositis, vt, Nil ita sublime est, supraq; pericula tendit,

Non sit vt inferius, suppositumq; Deo.

In huius pentametro, prior quoq; pentemimeris debet esse lōga, vt, Nullus ad amissas, ibit amicus opes. Inuenit tamen, & sine pentemimeri, vt, Speraret nec linguam esse, nec auriculā, & syllaba breui, vt, Arte leuis currus, arte regendus amor.

Hoc genere carminis principio q̄rimonię, amores & res lugubres scribebant. Postea, quęlibet etiā materia, quo factum est, vt hoc genere, nihil sit frequentius, Horatius, Versibus impariter iunctis querimonia primū. Post etiā inclusa est voti sententiā compos.

DE ASCLEPIADEO.

Asclepiadeum est, quod, vel spondeo cōstat, duobus choriambis & pyrrhichio. vt, Mecce - - nas
ata - uu is - edite - uure gibus - uu, vel spondeo
dactylo, cæsura, & duob⁹ dactylis, vt, Igno - - scas
ali - uu is - multa ni - uu hil tibi. - uu. Nomen
habet ab Asclepiade eius authore, aut frequētatore.
Vocatur & Choriambicū a Choriambo. & in hoc
genere longa pentemimeris est obseruanda.

DE PHALETIO.

Phaletium seu Phaleucium quinq; pedes habet,
spondeū, dactylū, & tres trocheos, vt, Vitam - - q̄
faci - uu unt be - uati - u orem - u. Dicit Phale-
tium ab inuentore Phaleco, aut Phaleutiū a Phale-
utio vt alij malunt. Appellat & hendecasyllabum
ab vndecim syllabis. Et in hoc carmine pentemime-
ris longa, gratiā habet. Catullus & alij quidā in pri-
ma regione,

nunc trocheo, nunc iambo vtuntur loco spondei.

DE SAPPHICO ADONIO.

Sapphicū constat quinq; pedibus seu regionib⁹, unde & pentametru dicitur, trocheo, spondeo, dactylo & duobus trocheis, vt, Inte - u ger vi - - ta
scele - uu risq; - u purus - u. Nomē ei dedit Sappho puella. Amat & hoc pentemimerim. Adoniū, qđ tribus fere Sapphicis cōiungitur, dactylo constat & spondeo, vt, Fulce pha - uu retra - -.

DE IAMBICO DIMETRO.

Iambicum dimetru est, quod quatuor cōstat pedibus seu locis, & recipit in locis imparib⁹, hoc est, primo & tertio vnum e quinq; pedibus, iambū, tribrachium, spondeū, dactylum, anapestum. verum, quo plures iampos habuerit, eo est venustius. In paribus locis, id est, in secūdo & quarto, iambum vel tribrachium. vt apud Auso, Aut ad - - sit in u - ter
pres - - tuus uu. & apud Sedul, A so - - lis or u -
tus car - - dine uu. vocat iambicu a pede iambo, dimetru, qđ propter celeritatem duo pedes nunes
rantur p vno. Iambica em binis pedibus coniunctis
scanduntur.

DE IAMBICO TRIMETRO.

Iambicum trimetru est duorum generū, alterum rectum est & integrū, idq; in locis paribus in primo, tertio & quinto hos pedes admittit, iambū, tribrachium, spondeū, dactylum & anapestū. In paribus in secūdo, quarto, & sexto, iambū & tribrachū, & apud comicos etiā anapestū, potest & in omib⁹ esse iam
bus, vt, Poe u - ta cum u - primū ani - uu mum
ad scri - - bendū ap - - pulit uu. Id sibi - uu ne
go u - ci cre - - didit u - solum - - dari u - Ob
sequi - uu um amī u - cos ve - - ritas u - odium
parit

Rectum

u u - parit. u u. Aman u - tium i u - re amo u - ris
in u - tegra u - tio est u - . Sic metieris, Concordia
fit charior concordia. Bono probari malo q̃ multis
malis. Appellat̃ & senarium a numero pedum. Alte
rum delumbe & claudum, qđ & scazon dicif. hoc
eisdem constat pedibus, nisi quod in quinta sede
semp est iambus, & in sexta spondeus, vt, Nec fon -
- tela u - bra pro u - lui u - cabal u - lino - - .

claudu

Tabularum Ioannis Murmelli de ratione
condendorz versuum finis. VVit
temberge apud Georgi
um Rau.
A. D. XXXI.